terre quod est. 6357500.miliariorū & cum duplicatum fuerit hoc proueni  
et quantitas toti⁹ diametri circuli signorū .i. octaua sp̄aꝝ quæ est. 13071500  
miliariorū & cum multiplicatum fuerit hoc per. iii. & septimam unius pre  
uēlet quātitas circumferentie circuli signorum uel cuiusq; alterius circuli maio  
ris descripti in octaua sp̄aꝝ quæ ē. 41081570.miliariorū eritq; mēsura uniusq;  
iūsc̄ gradus circuli maioris. ii.41160.miliaria.

**E**ORDINE VERO PLANETARVM .Hic ponit ordinem  
planetarum in conceptionib⁹ puerorum scilicet ordinem in gubernando  
setum qđdiu est in utero matris.Dicit q̄ saturn⁹ gubernat ipsum ab hora conceptionis usq; ad finem unius mensis.In secundo  
mense gubernat ipsum Iupiter.In tertio mars.In quarto sol.In quinto uenus.  
In sexto mercuri⁹.In septimo luna:& propter hoc ut dicitur puer in septimo  
mense petit exitum: quia opera omnium planetarum sunt in eo complecta: &  
qui tunc nascuntur possunt uiuere propter eandem causam.Deinde reuertitur  
gubernatio ad saturnum & gubernat ipsum in octauo mense & tunc qui na  
scuntur nō uiuūt propter malitiā saturni.Deinde gubernat ipsum Iupiter in no  
no mense:& tunc communiter nascuntur & uiuunt propter bōitatem Iouis.  
Deinde ponit ordinem planetarum in regimine corporis post nativitatem  
quantum ad processum in etatibus:& dicit q̄ luna incipit natum regere ab in  
gressu ei⁹ in mundum & regit ipsum quattuor annis qui sunt anni nutritionis  
Deinde mercuri⁹ regit ipsum decem annis.Deinde uenus octo.Deinde sol no  
nē.Deinde mars.xv.post hoc Iupiter.xii.Deinde saturn⁹ usq; ad finē uite.

**C**APVT DRACONIS.Hic p̄dit naturā capitī & caude draconis & patet  
**I**AVTEM FVERIT ALIQ. VADIES.Hic ponit ordinem  
planetarū quātū ad diū diez & horaz.Dicit q̄ aliq dies sit alicui  
ius planetarū p̄ia hora illius diei s̄m q̄ p̄ia hora incipit ab ortu solis  
est illi⁹ met &.ii.hora ē planetarū q̄ succedit in ordine celoz descēdē  
do & tertia tertii planetarū in ordine:& sic p̄ ordinem usq; ad finē.xii.horarum  
diei artificialis.Et ille planeta cui⁹ ē.xiii.hora ille est domin⁹ illi⁹ noctis:& cu  
i⁹ ē.xxv.hora.s.prima hora diei sequētis illi⁹ est dies sequens.& auctor ponit

exempli in littera ideo non est necesse ut ponam. & sic completa est exppositio secunda de differetia huius libri.

**TQ. VIA ANNVENTE DEO.** Ista est tertia differetia huius libri in qua auctor determinat de esse planetarum in semetipsis & de esse eorum adiucentium scilicet unius ad alterum. Et dividitur in duas partes: quoniam in prima determinat de esse eorum in semetipsis. In secunda parte de esse eorum adiucentium secunda est ibi. De esse autem ipsorum adiucentium. Et illa dividitur in duas: quoniam primo determinat de esse quinque planetarum respectu luminum. ii. de esse eorum inter se ii. ibi: esse autem

Primo determinat de esse eorum in seipsis. Et est sententia littere talis. Planetae aliquando dicuntur ascendentes & aliquando descendentes & aliquando dicuntur aucti lumine & magnitudine: & aliquando diminuti lumine & magnitudine. Et quandoque dicuntur aucti numero & quandoque diminuti numero. Et quandoque dicuntur aucti motu & quandoque diminuti in motu. Et omnes planetae preter solem dicuntur quandoque septentrionales & quandoque meridionales. Et dicuntur ascendentes & descendentes in septentrione & meridie. Ista sunt quae accidunt planetis in semetipsis. Et ista exponit auctor per ordinem in littera dicens quod planeta quandoque ascendit in circulo suo eccentrico ita quod sit in superiori parte eccentrici sui non distans ab auge per 90 gradus ante uel retro & tunc lumen eius apparet minus & etiam apparet minor in quantitate & eius cursus est tunc tardus quantum ad motum centri epicycli & dicitur tunc fortior. Quando autem est in aliqua longitudinem mediarum eccentrici sui. si distans ab auge per 0 gradus precise tunc est equalis in lumine & magnitudine & cursu. i. non dicitur magnus neque parvus in lumine uel magnitudine & motu centri epicycli est equalis cum medio motu ipsius. Cum uero fuerit extra haec loca scilicet distans ab auge plus 90 gradibus ante uel retro tunc descendit & apparet maior lumine & magnitudine & mouetur centrum epicycli tunc ueloci quam medi motu ipsius. & cum fuerit argumentum planetae equatum minus 90 gradibus scilicet quando additur equatio argumenti super mediū motu tunc dicitur auctus numero: Et si argumentum equatum fuerit plus 90 gradibus s. f. quando equatio argumenti subtrahitur a medio motu tunc dicitur numero diminutus. Sed in luna quando additur equatio dicitur aucta numero: quando subtrahitur dicitur diminuta numero. Et quando aliquis trium planetarum altius motu ueloci medio motu suo uocatur auctus motu: & quando uadit minus medio motu suo uocatur motu diminutus. Eodem modo intelligitur de sole & luna. Et quando mouetur tantum quantum medi motu suu tunc dicitur motu equalis. Et quoniam uenient

mercuri⁹ monit⁹ ueloci⁹ q̄ sol dicitur auctus motu: quādō sārdi⁹ dicitur motu  
diminut⁹. Et quando aliquis planetarū .6. trāslauerit nodū intersectionis deferen-  
tis sui cū ecliptica q̄ nodus uocatur genzahar est septentrionalis. Et ē septētri-  
onalis ascendēs.i. augēs latitudinem quoisq; elongat⁹ fuerit ab intersectione  
p. 90. grad⁹. Et cū elōgat⁹ fuerit pl⁹. 90. gradib⁹ ab intersectione ē septētrional⁹  
descendēs.i. minuēs latitudinē quoisq; elōgat⁹ fuerit ab intersectione per. 180.  
gradus & tūc ē in intersectione opposita prime & lunā hebet latitudinē.i. ē in  
ecliptica:& cū transluerit illā fit ei⁹ latitudo meridiana & ē meridionalis de-  
scēdēs quoisq; elōgat⁹ fuerit ab intersectione prima p. 70. grad⁹. Et cū trans-  
luerit hunc numerum est meridionalis ascēdens quoisq; reuertitur ad interse-  
ctionē primam ubi latitudo ei⁹ erit nulla. Hæc ē sententia littere de esse planeta  
rū in semetipſis.

**E ESSE AVTEM IPSORVM AD INVICEM TRA-  
CTEMVS.** Pri⁹ determinauit de esse planetarē in seipſis. Hic de-  
terminat de esse eorū adiuicē & primo de esse quinq; planetarē re-  
spectu luminariū. Et diuiditur in quattuor ptes secūdū quattuor ē  
q̄ habēt planetarē erga solē & lunā. Primi ē uisio faciei ad faciē. Secūdū ē securi-  
tas. Tertiū ē cōbustio. Quartū ē oriēntalitas & occidētalitas. Primo ergo deter-  
minat de uisione faciei ad faciē.ii.de securitate.iii.de cōbustione.iii.de oriēntali-  
tate & occidētalitate. Pria ps ē in principio.ii. incipit ibi: & ex hoc ductoria  
iii.ibi:& oīs planeta.iii.ibi:& ex quo altiores. Sēcētia prime p̄tis ē quando  
aliq; planeta fuerit occidētalis a sole. s.q̄ oriat⁹ post sol' ortū & fuerint inter ip-  
sū & solē tot signa quot sūt inter domū illi⁹ planetarē & leonē q̄ ē dom⁹ sol' ta-  
lis planeta dicēt esse in uisioē solis facie ad faciē. Verbi gratia: capricorn⁹ ē do-  
mus saturni & ē sextū signū a domo solis scilicet leone. cū igitur fuerit saturn⁹  
in sexto signo a sole cōputādo numerū signoē a sole uersus saturnū secūdū or-  
dinē signoē.aliter enim non esset occidental⁹ si nō cōputaret⁹ hoc mō tūc di-  
cit⁹ ipsū uidere facie ad faciē. Et signū sagittarii ē qntū a leone. cū igis lupiter  
fuerit in qnto signo a sole incipiēdo a sole uersus iouē fm ordinē signoē dici-  
tur uidere ipsū facie ad faciē & sic de aliis. Et quādō aliquis planeta fuerit ori-  
ental⁹ a luna & fuerit inter ipsū & lunā secundū ordinē signoē tot signa quot  
sunt inter domū ipsi⁹ planetarē & domū lune. s.cancrū tūc dicitur esse in ei⁹ ui-  
sione facie ad faciē. Verbi gratia: cancer est signū sextū ab alia domo saturni. s  
ab aq̄rio:iōq; cū fuerit lūa a saturno i. 60. signo ē iter eo uisio facie ad faciē. Et  
ēt cācer ē signū qntū a domo iouis. s.a pisceb⁹:iōq; cū fuerit lūa i. 50. signo a io-  
ue fm ordinē signoē ē iter eos uisio facie ad faciē & sic de aliis suo mō poteris  
exēplificare.

**X HOCDVCTORIA PLANETE.** Hic determinat de .ii. esse  
planetarē erga luminaria. s.de ductoria quod idem est q̄ securitas

Et estetia tal' qñ alijs planetarū ē in suo haim & in aliquo angulo ascendens  
tis. s. in ascēdēte uel in .10. uel .7. uel .4. domo & aliquod luminariū sit in aliquo  
angulo ab ipso planeta ita q̄ sit planeta in die orientalis a sole & in nocte oc-  
cidentalis a luna. hoc est ut sit in die in .10. signo a sole tūc enim est in angulo  
a sole orientalis. uel in nocte in .4. signo a luna tūc enim ē i angulo a luna et oc-  
cidentalis tunc dicit̄ esse in sua dictoria. Angul⁹ aut̄ oppositionis non habet  
hic locū. Rō ē quia planeta existens in opposito solis uellune nec ē orientalis  
nec occidentalis. Postea dicit q̄ oīs planeta a tēpore quo absconditur sub ra-  
diis solis usq̄ ad tēp' quo incipit apparere dicit̄ cōbus̄tis. Et incipit cōburi qñ  
incipit intrare radios; & cū uenerit prope sole infra. ii grad⁹ uocatur oppre-  
sus: & cū fuerit cū sole in eodē gradu & fuerit inter eos min⁹ semidiometro so-  
lis & cum hoc latitudo planetarū fuerit minor semidiometro solis dicit̄ unit⁹ uel  
in corporat⁹ soli. Et cū trāsuerit hāc unionē dicit̄ esse in cōualeſcētia donec sit  
liberat⁹ a radius solis.

**X. VO APPARENT ALTORES TRES.** Hic determi-  
nat de oriētalitate & occidētalitate planetarū. Dicit q̄ tres p̄le su-  
piores qñ exēit de sub radiis soli & incipiūt apparere de mane ante  
ortū solis quousq̄ ueniāt ad oppositum solis hoc ē q̄ sint propin-  
gores circulo horizontis horientalis q̄ occidētalis quando sol ē i linea medie  
noctis tūc uocat̄ oriētales & dextri. Vocat̄ oriētales eo q̄ oritūtūr aī solē &  
uocat̄ dextri eo q̄ sit i dextra pte coeli a sole. Pars n. occidētalē dextra & oriē-  
talē sinistral. Ponat̄ n. q̄ hō uertat faciē suā uerlus meridiē patet q̄ oriēs ē sibi  
a sinistris & occidēs a dextris. Et qñ alijs triū supioge plāetarū trāsuerit oppo-  
sitōnē solē occidētalē sinist. dī occidētalī n̄ q̄ sit i pte occidētali coeli a sole i  
mo hui⁹ cōtrariū ē ueḡ. Sed dī occidētalē p̄ tāto qa occidit p̄ solē. Et dī sinis-  
ter qa ē i pte oriētali coeli a sole q̄ ē sinist. sīm q̄ dictū ē. Ven⁹ uero & mer-  
cu-ri⁹ q̄libet eoz ifra tps quo circuit epicyclū sīm cōtūḡ soli bis. una uice p̄ dire-  
ctōnē. s. i supiori pte epicycli Alia uice p̄ retrogradatōnē. s. i iferiori pte epicycli  
Igit̄ qñ alijs eoz sepat̄ a cōiūctōe soli i medio retrogradatōnis. s. i iferiori pte  
epicycli recedit a sole uerlus pte occidētale coeli. Et qñ elogat⁹ fuerit a sole tūn  
q̄ pōt uideri uideſ de māe aī ortū solis iō tūc uocat̄ oriētales dexter donec cō-  
burat̄ a sole. i. donec iūgat̄ soli i supiori pte epicycli p̄ directōnē. Et cū sepat̄  
suerit a sole p̄ directōnē uideſ de nespe p̄ occasiū soli iō tūc uocat̄ occidētalē simi-  
ster dōec iterū cōburat̄ et ē dria iī uenerē et mercuriū et tres supiores uen⁹. n. et  
mercuri⁹ qñq̄ i recessu eoz a sole sine i exitu de sub radiis fūt oriētales & qñ  
q̄ i exitu eoz de sub radiis fūt occidētales. Plāetarū aut̄ supiores semp cū exēit  
de sub radiis soli fūt orientales. Et dicūtūr argumentari in fortitudine donec  
sint elongati a sole per .30. gradus & a .30. usq̄ ad .60. dicuntur fortes. Et post  
q̄ elongati fuerint a sole ultra .60. gradus dicuntur orientales euntes ad de-

bilitatē usq; ad principium retrogradationis. Et a principio retrogradationis usq; ad oppositionē solis dicuntur orientales retrogradi. Et ab oppositione usq; ad directionem dicuntur occidentales retrogradi. Et a directione usq; ad. 30. gradus post directionē dicuntur occidentales fortes. Et a. 30. gradib⁹ post directionem quousq; ueniant od. 30. gradus prope solē dicuntur occidentales eū tes ad debilitatem. Et postea dicuntur occidentales debiles quousq; comburantur Ven⁹ uero & mercurius quando separantur a sole per retrogradationem sicut orientales & uocantur debiles quousq; ueniant ad directionē: & a directione donec sint elongati a sole tantum quantū solent elongari in principio retrogradationis dicuntur orientales fortes. Deinde sunt debiles orientales & quo usq; opprimantur sub radiis solis: & postea dicuntur uniti cū sole. Deinde cōbusti eū tes ad apparationem: & ab apparatione eoz usq; ad elongationē eorum a superiori parte epicycli per. 60. grad⁹ sunt occidentales fortes & ab hoc loco usq; ad retrogradationem sunt occidentales eū tes ad debilitatē & postea usq; coniunctionem sunt occidentales debiles. Si uero nō intelligeret littera hoc modo esset falsa eū n̄ sit possibile eos elogari a sole usq; ad 60. grad⁹ in zodiaco. Postea dicit quādō aliquis planeta exit de sub radiis solis & nulli cōiūgī corpore uel aspectu ē in suo lumine proprio.

SSE ILLORVM ERGA SE INVICEM. Prius determinauit de his q̄ accidunt planetis in semetipsis & his quae accidunt qnq; planetis erga luminaria. Hic determinat de his quae accidunt, 7. planetis ad se inuicem. Et posset diuidi in tot partes quot sūt modi accidentium quae accidunt planetis ad inuicem. Et p̄nt reduci ad. 16. modos secundum sententiā littere qui sunt isti coniunctio: uacatio cursus: feralitas: translatio luminis reddit⁹ luminis: prohibitio: pulsatio nature: receptio: redditus naturae: refrenatio siue contrarietas frustratio: absensio luminis: ueneratio: destruētio obseffio: dilectio & odium. Ista exponit auctor in littera per ordinem usq; ad finem isti⁹ differentie. Sententia prime partis est talis. Coniunctio est cum fuerint duo planetae in duobus signis quae se aspiciunt aliquo aspectu & ille q̄ fuerit leuior inter eos. i. uelocior i motu trāsuerit de suo signo pauciores gradus q̄ pōderosus. i. tardiori motu de suo signo ita q̄ differentia ista sit. 6. grad⁹ uel infra: & tunc dicit⁹ q̄ leuior uadit ad cōiūctōnē pōderosioris. uerbi grā: ponō q̄ sol sit in ariete & trāsuerit de ipso ariete. 6. grad⁹ & mars sit in leone & trāsuerit de ipso. i. grad⁹ ista duo signa aspiciunt se aspectu trino. Et sol q̄ ē uelocior in motu q̄ mars transiuit pauciores grad⁹ de ariete q̄ mars de leone: & sunt in differentia 6. grad⁹. In proposito exemplo sol uadit ad coniunctionē martis de aspectu trino. Et si sol esset in. i. gradu arietis & mars in. i. gradu leonis tunc esset coniunctio completa. Et si sol esset ultra duodecimum gradum arietis marte existente in. i. leonis: tunc esset inter eos separatio. Et hac

uocatur coniunctio longitudinis. Coniunctio autem latitudinis est cum fuerint duo planetæ in uno signo coniuncti corporaliter & fuerint equalis latitudinis ab egyptica ita quod latitudo unius sit ascendens in septentrione & alterius descendens in septentrione uel unius ascendens in meridie & alterius descendens in meridie. Vel si fuerit coniunctio ex aliquo aspectuum & latitudo unius fuerit septentrionalis ascendens & alterius meridiana descendens. Verbi gratia: pono quod luna coniungatur saturno in aliquo signo & in aliquo gradu & minuto illius ita quod saturnus sit iuxta genzahar suum uadens ad septentrionem in latitudinem & sit eius latitudo .iii. minutorum & luna appropinquet ad eam dampnum draconis ueniens a septentrione minuens latitudinem ita quod eius latitudo similiter sit .iii. minutorum haec est coniunctio uerissima quantu[m] ad longitudinem & latitudinem. Et in hoc casu luna eclipsaret saturnum nisi diuersitas aspectus lune esset tanta quod impediret. Licit auctor dicat quod latitudo unius debeat esse ascendens & alterius descendens tamen uidet mihi quod in coniunctione corporali in omnibus casu quo contingere poterit quod latitudines amborum sint e[st]iales ad eam partem. Volo dicere quod ambo latitudines sint septentrionales uel ambo meridionales erit coniunctio latitudinem ueridicata: & in aspectu oppositiis si latitudines fuerint e[st]iales in diuersis partibus ita quod una sit meridionalis & alia septentrionalis erit aspectus ueridicus quantu[m] ad latitudines.

### **T CVM SEPERAT VR VNVS PLANETA AB ALIO.**

Hic ponit uacuatione cursus. Dicit quando aliquis planeta fuerit coniunctus alteri corpore uel aspectu & post separationem ab illo non coniungitur alicui alteri corpore uel aspectu quādiu fuerit in illo signo tunc dicitur esse vacuus cursus. Verbi gratia: pono quod luna iungatur Ioui corporaliter in sagittario & post separationem eius a Ioui non sit alius planeta in sagittario cui possit coniungi nec radii alicuius quem possit aspicere in hoc casu luna est vacua cursu donec exeat de sagittario & iungatur alicui corpore uel aspectu.

### **T SI FVERIT PLANETA IN ALIQUO SIGNO.** Dicit quando aliquis planeta fuerit in aliquo signo ubi nullus alter planeta sit nec radii alicuius ille planeta quādiu fuerit in signo illo sic se habente dicitur esse feralis siue silvestris in similitudine hominis non habentis societatem cum aliquo.

**ET CVM FVERIT SEPARATUS.** Dicit quādo planeta uelocioris motus separauerit se a planeta tardioris motus & in sepondo se ab eo iungatur alterius transversa natura primi ad secundū. Verbi gratia pono quod luna separatur a coniunctione corporali Iouis & antecep[te] compleatur separatio coniungatur saturno aliquo aspectu: uel corporaliter luna transversa tunc naturam Iouis ad saturnum. Fit etiam modo translatio scilicet quando planeta Iouis coniungitur

pōdere siori se & i'le pōderosus alteri adhuc pōderosiori se tūc medius trāl-  
fert naturam leuis ad pōderosiorē . uerbi gratia: pono quod luna aspiciat  
& iouem aliquo aspectu & iupiter aspiciat saturnum iupiter in hoc casu trans-  
fert naturam lune ad saturnū.

**S**I AVTEM NON CONIVNGITVR. Dicit quod quādō duo planetæ  
fuerint hoc modo dispositi quod unus eorum nō iungitur alteri sed ambo ion-  
guntur al cui tertio tunc si ille tertius aspiciat aliquē locum ex locis circuiti pro-  
uicit lumen illorū duoru ad illū locū. Et si aliquis planeta fuerit in loco radio-  
rum suoru reddit illi lumen illorum duorum. uerbi gratia pono quod sol sit in  
capricorno & uenus in piscibus ita q̄ nō aspiciant se. Deinde pono qd̄ mars  
sit in cancero aspiciēs sole de opposito & uenerem de terrio in hoc casu mars re-  
cipit lumen sois & ueneris & reddit lumina ipsorum ad loca circuiti in quib⁹  
sunt radii maris . & hoc uocatur redditus luminis . Fit etiam alio modo reddi-  
tus luminis quando duo planetæ non aspiciunt se sed tertius transfert lumen  
uniū ad alteū ita q̄ separatur ab uno & iungat alteri & tūc idē est q̄ translatio.

**SEQ VITVR PROHIBITIO.** Dicit quando tres planetæ fuerint in uno  
signo sed in diuersis gradibus & ille qui fuerit tardior motu transuerit plures  
gradus illius signi quā aliquis aliorum duoru tunc medius eori prohibet cōti-  
ctionem leuioris cum ponderoso . uerbi gratia: pono quod saturnus sit in .xii.  
gradu uirginis & pono quod mars sit in q̄nto gradu eiusdē uirginis in hoc ca-  
su mars petit coniunctionē saturni . Sed pono quod luna sit in .viii. gradu eius  
dem uirginis in hoc casu non esset iudicandum q̄ mars coniungeretur saturno  
quia luna est in medio & prohibet eius coniunctionem. Fit etiam prohibitio alio  
modo ita quod duo planetæ sint in uno signo & leuior iungitur ponderoso  
ri & alter p' aneta aspiciat eundem ponderosum & aspectus eius sit ita prope si  
eius coniunctio corporalis alterius tunc ille qui corporaliter iungitur prohibet  
aspiciente ne aspiciat. Et si in hoc casti un' illoru fuerit propinquior q̄ alter ille  
qui fuerit propinquior obtinet & dicitur iungi ponderosiori . uerbi gratia: po-  
no quod saturnus sit in .xii. gradu uirginis & mars in .viii. gradu eiusdem . Et  
pono quod iupiter p' inciat radios suos ad octauum gradum uirginis in hoc  
casu mars prohibet aspectum iouis . Sed si iupiter p' ouicere radios suos ad no-  
num gradū esset iudicandū quod iupiter aspiceret saturnum & ei hoc prohibe-  
ret coniunctionē martis. Et si iupiter p' ouicere radios suos ad .vii. gradum eēt  
iudicandum q̄ mars iungereſ saturno & cum hoc prohiberet aspectū iouis.  
**ET SI IVNGITVR PLANETA DOMINO ILLIVS SIGNI.** Di-  
cit aliquādō aliquis planeta iungitur per aspectum domino illius signi in quo  
fuerit uel domino exaltatiōis uel triplicitatis uel termini uel faciei dicitur mitti-  
re naturā dñi illi dignitas ad ipsum cuius fuerit dignitas. uerbi gratia: pono q̄  
sol sit in capricorno aspiciēs saturnū existente in uirgine in hoc ca. u. sol ē in do-

mo saturni & mitterit naturam ipsius saturni saturno. Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco ubi habet dignitatē aliquam. uerbi gratia: quod sit domus sua uel exaltatio & cetera & aspiciat aliquem planetā ponderosiorē se qui nullam habeat dignitatē in loco ei⁹ dicitur leuis mittere suā fortitudinē pōderoso. uerbi gratia: pono q̄ luna sit intauro. s. in exaltatione sua & aspiciat saturnū existērem in uirgine de trino in hoc casu luna naturam suam sue uirtutē mittit ipsi saturno licet saturnus nullā habeat dignitatē in loco lune. sed si saturnus habeat dignitatē in loco lune. uerbi gratia: pono q̄ luna sit in. xxiiii. gradu tauri in exaltatione sua & in termino & facie saturni & aspiciat saturnū mittit saturno naturam propriam & naturam saturni ratione termini & faciei sue.

**ET Q. VANDO FVERIT IN ALIQ. VA DIGNITATVM SVA RVM.** Et dicit planeta leuior aspicit pōderosiorē se & leuior habet dignitatē in loco in quo est & ille quē aspicit etiā hēt ibidē aliquā dignitatē tūc leuis mittit pōderoso utrasq; naturas. s. suā propriā & illi⁹ quē aspicit & hāc missio uocatur receptio. uerbi gratia pono q̄ sol sit in ariete in exaltatione sua & in domo martis & aspiciat martē aliquo aspectu. in hoc casu sol mittit martī naturā suā p̄priā & cū hoc naturā martis rōne domus sue & mars recipit solē a domo sua. Et si cōtingat q̄ inferior sit in dignitate superioris & ecōtra superior i⁹ dignitate iferioris illa ē melior receptio q̄ eē p̄t. uerbi gr̄a: sit sol in ariete in domo martis & mars in leone in domo solis & sol aspiciat martē aspectu tertio talis receptio itegra & pfecta.

**HINC SEQ. VITVR REDDITVS.** Dicit qñ iferior planeta aspicit suōrē & ille quē aspicit est cōbus⁹ sub radiis uel retrograd⁹. in hoc casu superior reddit inferiori uirtutē quā sibi misit: q̄a pp̄ter debilitatē suā nō pōt retinere eā. Et si in tali casu uterq; fuerit in angulo ul̄ insuccedēti tūc redditus sit cū p̄ficio. Et si inferior fuerit in angulo & superior nō ita tñ q̄ superior recipiat inferiore tal reddit⁹ etiā sit cū p̄ficio. Et si iferior fuerit cadēs ab angulo & superior in angulo sit reddit⁹ cū p̄ficio. Et si ambo fuerit cadētes reddit⁹ sit cū detrimēto. uerbi gratia pono q̄ luna sit in tauro & aspiciat mercuriū existēte in capricorno cōbus⁹. in hoc casu lūa mittit mercurio naturā suā. Sed q̄a mercurius est cōbus⁹ nō pōt retinere naturā sibi missimō reddit lumē illud quod recipit ab ea & si in hoc casu ambo fuerint in angulis redditus est proficius & cetera.

**DEINDE SEQ. VITVR ALMENEM.** Dicit qñ planeta iferior uult cōlungi superiori sed anq̄ cōpleat cōiunctio inferiori sit retrogradus hoc uocat⁹ reſ frenat⁹. uerbi gratia pono q̄ saturnus sit in. xii. gradu uirginis & uenus in principio uirginis uadēs ad cōiunctionem saturni. Sed cū puenerit uenus ad. viii. gradū uel nonū. s. anteq̄ cōtingat saturnū incipit retrocedere. in tali casu reſ frenat⁹ uenus ne cōlunget saturno & idē intelige de aspectu si iret ad aspectū: sed anteq̄ aspectus compleceret inciperet retrocedere.

**HANC SEQ. VITVR ALCHOR AD IDEST CONTRARIE.**  
TAS. Dicit quod contrarietas est quando tres planetæ fuerint in uno signo quo  
rum unus sit ponderosus & alii duo leues & unus duorum levium transiuerit pō  
derosum & alter petat coniunctionem ponderosi sed anteq̄ coniungat̄ pon  
deroso per retrogradatiōem & obuiat alteri leui tunc retrogradus destruit con  
iunctionem illius cui obuiat cū ponderoso. Verbi gratia: pono quod sit satur  
nus in. viii. gradu uirginis & mars in. xii. gradu eiusdem & iupiter sit in princi  
pio uirginis petens coniunctionem saturni sed antequā coniungatur sibi: mars  
incipiat retrogradari & coniungi saturno per retrogradationem & obuiet iouī  
in hoc casu mars destruit coniunctionem iouis cum saturno.

**SEQ. VITVR ALPHARIZ IDEST FRVSTRATIO.** Dicit q̄ fru  
stratio est quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi sed antequam  
compleatur coniunctio ponderosus intrat aliud signum & sint radii alicuius al  
terius planetæ in principio illius signi tunc quando leuis uolens coniungi pon  
deroso intrat illud signū coniungit radiis illius planete ibi aspicientis & sic an  
nullatur coniunctio prima. uerbi gratia: pono quod saturnus sit in. xxviii. gra  
du leonis & mars sit in. xxiiii. gradu eiusdem petens coniunctionē saturni sed  
anteq̄ iungatur mars saturno saturnus intret uirginē & pono quod iupiter as  
piciat primū gradū uirginis. in hoc casu mars exiens de leone coiungitur radiis  
iouis & sic annullatur coniunctio martis & saturni.

**HANC Q. VOQ. VE SEQ. VITVR ABSCISIO LVMINIS.**  
Dicit q̄ absēsio luminis ē quando aliquis planeta leuis petit coiunctionē pon  
derosi & in secundo signo a signo ponderosi fit alter planeta sed antequam le  
uis iungatur ponderoso ille qui est in secundo signo sit retrograd⁹ & absēsindit lu  
men pōderosi a planeta qui uolebat ei iungi. Et est quasi idē quod contrarietas  
sed differt in hoc quia in cōtrarietate planeta retrogradus nō solum iungitur  
ponderoso sed etiam iungit̄ leui qui uolebat itungi pōderoso per obuiationem  
& pōt exemplificari sicut ibi fuit dictū. Fit etiam alio modo absēsio luminis. sc.  
quando planeta leuis petit coniunctionem ponderosi & ille ponderosus petit  
coiunctionē alterius ponderosioris & iungitur ei anteq̄ leuis iungat̄ primo pō  
deroso. uerbi gratia: pono quod mars coiunctionem iouis & iupiter petat con  
iunctionē saturni & anteq̄ mars iungat̄ ioui iupiter iungitur saturno: in tali casu  
saturnus absēsindit lumen iouis a marte.

**SVNT Q. VOQ. VE HIS PLANETIS.** Dicit q̄ planetæ in quibusdā  
locis cōfortantur & in quibusdā debilitant̄ & in quibusdā locis sūt fortune & in q  
busdā infortune. Fiūt fortune in aspectu sextili uel tertio honorū & ut infortu  
ne sūt cadētes ab eis iuxta q̄ intelligendum est q̄ uel aliquis planeta est in eodem  
signo cum alio uel in quarto uel in septimo uel decimo ab ipso dicitur esse in  
angulo ab illo. Et si fuerit in secundo signo ab ipso uel in quinto uel in octauo

uel in .xi. dicitur esse ab ipso in succedenti. Et si fuerit ab ipso in tertio signo uel in .vi. uel in .viii. uel .xii. dicitur esse in cadenti ab ipso. Fiunt etiam fortune quādo seperantur ab una fortuna & iunguntur alteri aut quod sint inter radios duarum fortunarum & hoc vocatur ueneratio a quibusdam. Fiunt etiam fortune quando sunt uniti sole in eodem gradu aut quod sint in eius aspectu tertio uel sextili uel in aſcētū trino uel sextili lune & etiam ut sint aucti numero & lumine: & quod sint in aliqua dignitatum suarum uel in suo haiz. Et plane tā fiunt fortiores quando ascendunt in circulo augis & quando sunt septentrionales uel ascendunt in septentrione. Similiter fortificantur quando sunt in statioē secunda euntes ad directionem. Similiter quando exeunt de sub radiis solis & quando sunt in angulis uel in succendentibus. Et tres superiores fortificantur quādo sunt orientales. Et si aspiciunt solem aspectu sextili augmentatur eorum fortitudo. Similiter quando fuerint in quartis masculinis uel in signis masculinis. Fortitudo solis etiam augmentatur in quartis & in signis masculinis preterq; in libra ibi enim non fortificantur propter casum ab exaltatione licet libra sit signū masculinū & etiā in quadra masculina & tres inferiores planetæ scilicet existētes sub sole fortificantur quando sunt occidentales a sole & in quartis & insignis foemininis. Et luna fortificatur cum fuerit in nocte super terrā & in die sub terra & cū fuerit in signo & in loco foeminino & cum fuerit in exaltatione scilicet solis in arietate.

**EX INFORTVNIO VERO PLANETARVM.** Dicit quod planetæ fiunt in fortune idest infortunantur quando sunt in aspectibus malorū & quando coniunguntur malis per corpus uel per aspectum ita quod inter eos & corpus mali uel int̄ eos & radios mali sint minus termino unī planetæ. Et infortunatū qnū sunt in terminis malorum aut in dominib; malorum. Verbi gratia Iupiter uel uenere in fortunantur in terminis saturni & martis & in dominib; eorum. Et infortunantur quando in fortune eleuantur super ipsos ita quod sint in fortune in .x. uel .xi. signo ab ipsis. Læcta quod intelligendum est quod planeta existens in .x. signo ab alio dicitur eleuari super ipsum sicut existens in .x. domo eleuatur super aſcēdens & si istud fiat sine receptione est peius. Verbi gratia: pono quod Iupiter sit in principio sagittarii & saturnus in principio virginis in hoc casu saturnus eleuat̄ super Iouem. Virgo enim est decimum signū a sagittario. Infortunantur etiam quando sunt in coniunctione solis uel in opposito solis uel in aspectu eius quarto. Etiam infortunantur quando sunt in capitibus suorum genzahar idest in intersectionibus deferentii eorum cum ecliptica sive in capite uel cauda draconis eorum uel prope hæc loca per .xii gradus uel infra maxime si in his locis luna fuerit impedita ab eis uel sol scilicet ut luna uel sol iungatur eis in his locis uel aspiciat eos aspectu inimico. Ratio autem quare infortunantur in his locis est quia possunt ibi eclypsari. Infortunantur etiam quando distat a sole p

quattuor gradus ante uel retro . Et quando fuerint inter corpora uel radios duorum malorum ita quod separantur ab uno malo corpore uel aspectu & iungantur alteri malo: aut fuerit malus : uel radii eius in signo quod est ante eum & alter malus uel radii eius in signo quod est post eum tunc enim dicitur oblessus . Verbi gratia: pono quod Iupiter sit in uirgine & in .xi. gradu: & mars uel radii martis sint in .x. gradu eiusdem & saturnus uel mars sint in .xii. gradu eiusdem in hoc casu. Iupiter diceretur oblessus a diuabus infortunis . Eodem modo dicitur de signis quod sunt obfessa quoniam unus malus est in eius principio & alter in eius fine . Sed quoniam sol uel fortuna alspicit planetam uel signum obfessum aspectu sextili usque tertio ita quod sit aspectus ad .vii. gradus prope uel infra tunc per tales aspectus soluitur obfessio . Infornuntur etiam quando sunt retrogradi uel cōbusti aut cadentes ab angulis . Et debilitantur quoniam sunt tardi cursus quod uadant minus medio motu eorum . Et quoniam sunt in statione prima eunt ad retrogradationem: aut quod sint in gradibus tenebrosis aut planetae masculini in signis uel gradibus foemininis & in die sub terra & in nocte super terram: aut foemini in signis masculinis & in gradibus masculinis & in die super terram & in nocte sub terra . Hoc enim est contrarium hanc id est similitudini eorum . Et debilitantur siue infornuntur quoniam sunt in locis oppositis dignitatibus suarum aut quod sint in latitudine meridianae ab eccliptica maxime si fuerint descendentes in eadem latitudine aut sint in via combusta . s . a medietate librae usque ad mediū scorpionis aut sint iuncti planetae retrogrado aut cadenti aut quod non sint recepti . Et tres superiores scilicet saturnus Iupiter & mars debilitantur cum fuerint occidentales a sole aut in quartis foeminiinis & sol debilitatur in signis & in quartis foeminiinis nisi fuerit in nona domo: quia in illa gaudet tres inferiores scilicet uenus mercurius & luna debilitantur in signis & in quartis masculinis . Et dicitur de planetis quod sunt quidam eorum seiuicem diligentes . Dicit quidam planetae diligunt se in uiuice & quidam habent se odio & patet in littera . & sic completa est expositio .iii. differentie alchabitii introductio ri ad iudicium .

DIFFERENTIA QUINTA IN EXPOSITIONE  
NOMINVM ASTROLOGICORVM . Cōpletis tribus differentiis huius libri in quibus auctor determinauit de eius circuli signorum essentiali & accidentalis in prima differentia: & de naturis septem planetarum in .ii. differentia: & de his quae accidunt septem planetis in semetipsis & adiuuicē . s . in .iii. differentia

d  
Sequitur quinta differentia in qua exponit nomina quibus utuntur magistri iudiciorum & docet ea applicare ad opus . Et potest tota illa differentia diuidi in .xvi. partes secundum .xvi. capitula quae ponit in ea . In primo capitulo loquitur de conjunctionibus magnis connumerando casis . In secundo capitulo docet inuestigare gradus ascendentem alicuius nativitatis . In tertio capitulo docet eligere locum

nite in nativitatib⁹. In quarto capitulo docet eligere datore annori vite in nativitatib⁹. In .v. docet eligere planetā dñatorē nativitatis q̄ p̄est nato post hylech & aleochoden. In .vi. tractat de profectu annorū nativitatis & mundi. In .vii. docet dirigere significatōrē quēlibet ad quēlibet locū circuli. In .viii. docet diligere gradū ascēdētē in nativitatib⁹. In .ix. docet inuenire duodenarias planetarū & domoz. In .x. docet inuenire nouenarias. In .xi. docet inuenire decauitū. In .xii. docet inuenire dñm orbis siue hore. In .xiii. docet inuenire annos siderie in nativitatib⁹. In .xiv. docet cognoscere q̄s planetarū eleuat⁹ sup alterū. In .xv. docet inuenire qn̄ sit apertio portaz. In .xvi. loquit⁹ de horis fortunatis & infortunatis: ubi p̄tes incipiant patebit in processu. In pmo ergo .c. logitur generaliter de magnis cōiunctionib⁹ & dicit q̄ cōiunctiōes magne sūt res significatiōes destruciōes siue mutatiōes q̄ sūt in hoc seculo & sūt .vi. in numero. Prima maior oīb⁹ cōiunctionib⁹ est cōiunctio iouis & saturni in principio arietis & hoc fit in .x. annis semel. ii. cōiunctio ē mutatio cōiunctiōis iouis & saturni de una triplicitatē ad aliā & hoc fit in .cxl. annis semel. Et qn̄ uenit cōiunctio eoz ad aliq̄ triplicitatē anteq̄ exeat illam duodecies coniungūf. Verbi gratia: cōiunctio iouis & saturni nūc est in triplicitate aerea & incipit insigno geminorū anno dñi. Mcccxxv. ab illo tempore in .xx. annis. s. anno dñi. Mcccxl. cōiūgent in aquario & ab illo in .xx. annis coniungentur in libra & postea in geminis & ita secundū hūc ordinē donec in his tribus signis duodecies cōiungant⁹ & si multiplicaueris .xx. per .xii. inuenies .cxl. annos post quos cōiunctio mutabit se & intrabit triplicitatē aquatice & stabit ibi similiter p. .cxl. annos & sic de aliis triplicitatib⁹ intelligas: & intelligas q̄ sicut dicit q̄ cōiunctio maxia reuertit̄ in .x. annis ad principiū arietis. i. ad triplicitatē igneā ita cōiunctio intrās principiū aliquās alterius triplicitatis nō reuertit̄ ad principiū eiusdē nisi post .x. annos sta-bit igitur ut supra dictū est in q̄libet triplicitate. cxl. annis triplitates sunt quatuor multiplica igit̄. cxl. per q̄ttuor & inuenies .x. annos. iii. coniunctio est maris & saturni in cancro in quibuslibet .xxx. annis. quarta cōiunctio est iouis & saturni in quoq̄ signo fuerit: & hoc fit in .xx. annis semel. v. cōiunctio est in tritus magni luminaris in primum minutum equinoxii uernalis id est arietis sexta coniunctio est solis & lune & eorum oppositio. Et quando dicitur ascendens cōiunctiōis magne intelligitur de ascendētē scilicet introitus solis in l'arie tēm in illo anno in quo dēt fieri illa coniunctio. Verbi gratia: cōiunctio .iouis & saturni sūt in geminis anno domini. Mcccxxv. Et ascendens introitus solis in arietem in illo anno sūt taurus. xx. grad⁹. taurus ergo est ascendens illius cōiunctiōis. Iste coniunctiones quā dictē sunt uocātur cōiunctiōes magne. Aliae multe sunt coniunctiōes in planetis quarum numerus est .cxx. secundū Ptolomeum in .l. propositione cētiloquii. Dicit enim ibi nō obliuiscaris esse .cxx. cōiunctio-nes quā sūt in stellis erraticis. in illis. n. est maior scia eoz. q̄ sūt in hoc mūdo

Inscipienti incrementum & decrementum . Haly ibi in cōmento numerat eas & dicit quod quædam sunt coniunctiones binarie & quædam trinarie quædam quatinarie quædam quinarie quædam senarie quædam septenarie . Binaria autem coniunctio est quando duo planetæ tantum coniunguntur : & hoc potest xxi . modis uariari . Ternaria coniunctio est quando coniunguntur tres planetæ & hoc potest uariari trigintaquinque modis . Quadrinaria coniunctio est quænca co*in*unguntur quattuor planetæ : & hoc potest uariari similiter . xxxv . modis . Quænca uaria coniunctio est quando coniunguntur quinque planetæ & hoc potest uariari xxi . modis . Senaria coniunctio est quando coniunguntur sex planetæ & hoc potest uariari . vii . modis . Septenaria non est nisi una scilicet coniunctio omniū septem planetarum . Et si cōputaueris seu addideris hos numeros predictos ad inuicem inuenies . cxx . Qui uolunt singulas numerare inueniēt eas numeratas in cōmento propositionis preallegate .

**TEX HOC ANNIMODAR QUÆ VOD EST.** In hoc capitulo autem lo audit docet inuestigare gradum ascendentem alicuius natuitatis supposito quod sciatur signum ascendens & ignoret gradus & hoc docet secundum sententiam Ptolomei non secundum propriam intentionem . Dicit enim Ptolomeus in . xxxiii . propositione cētiloquii Almaste li super locum coniunctionis uel preventiois est in consimili gradu anguli ex angelis omnis natuitatis humane quæ fuerit in illa coniunctione uel preventiois . Et omnis gradus qui nō est similis gradui almutem super locum coniunctionis uel preventiois non est angulus alicuius natuitatis humane . Sententia littere talis est cum uolueris inuenire gradum ascendentem natuitatis alicuius considera coniunctionem solis & lune quæ precessit natuitatem uel oppositio si precessit oppositio . Si precessit coniunctio natuitas dicitur coniunctionalis : si precessit oppositio siue preventio quod idem est natuitas uocatur preventionalis . Si natuitas fuerit coniunctionalis considera gradum in quo co*in*unguntur lunaria scilicet gradum zodiaci in quo sicut coniunctio precedens illam natuitatem & uide quis planetarum sit fortior in gradu per multitudinem testimoniorum . ille enim est almutem super locum coniunctionis . Equa ergo eū ad horam natuitatis quo equato constitue ascendens ad horam natuitatis secundum estimationem ita tamen quod sis certus de signo ascendente . Si enim deficeres in signo hac regula non ualeret tibi . Habito igitur signo ascendentे hora natuitatis : considera utrum locus planetæ quem equasti tali dispositione stante sit propinquior gradui ascendentis uel gradui decime domus & cui eorum fuerit propinquior hunc angulum facies similem gradui planetæ . hoc est : pone tot gradus signi existentis in angulo quot gradus pertransiuit planeta de signo in quo est . Et ut euidentius pateat sententia littere pono in hoc exemplum . Pono quod in hora natuitatis alicuius ascendens fuit libra sed nescio quis gradus eius

& pono q̄ natuitas fuit cōiunctionalis & cōiunctio precedēs eā fuit in .6. gra-  
du aquarii uideo q̄ saturnus est fortior in illo gradu ergo equabo saturnū ad  
horā natuitatis & ponatur q̄ inueniā eū in .20. gradu uirginis uideo q̄ saturn⁹  
in hoc casu est propinquior ascendentī q̄ medio ecclī secundum ascendens est  
matū: faciā ergo angulum ascendentis ad similitudinem grad⁹ saturni. hoc est  
ponā uigesimū gradū libre in ascēdente & si fuisset propinquior medio ecclī  
fecissēm angulū medii coeli uigesimū gradū signi ibidē existētis. Si autē natui-  
tas preuentionalis fuerit operaberis per gradum oppositionis sicut nūc tibi di-  
xi de gradu cōiunctionis idest considerabis planetā habentē plures fortitudi-  
nes in gradu oppositionis. Sed dubiū est de gradu preuentionis cū in preuenti-  
one sive oppositione sol sit in uno gradu & luna in opposito quem ergo gra-  
dum accipiem⁹ pro gradu preuentionis utrum gradum solis uel gradum lune.  
Dicit auctor secundum intentionem Ptolomei q̄ gradum illi⁹ luminaris acci-  
pere debem⁹ quod fuerit super terram. Sed adhuc restat dubium. Ponatur q̄  
unum luminare sit in ortu reliquum in occasu & sic neutrum erit super terrā  
nec sub terra. Dicit auctor q̄ quidam sapientes dixerunt q̄ debemus operari  
per gradum illius luminaris quod fuerit in oriente. Deinde dicit auctor q̄ Pto-  
lomeus dixit si plures planetæ conuenirent in domino loci cōiunctionis uel p-  
titionis. s. q̄ duo planetæ uel tres in loco illo haberent egales fortitudines  
uidelicet q̄ unus haberet ibi tot fortitudines quot alter: tunc debemus accipere  
illum qui fuerit in suo haim: & sic quilibet eorum fuerit in suo haim tunc debe-  
mus accipere illū qui citi⁹ deberet mutari ad meli⁹ esse. i. illū qui citi⁹ intrabit si-  
gnū in quo habet plures fortitudines q̄ in illo signo in quo ē. Et si fuerint ori-  
entales a sole eligas eū qui fuerit soli propinquior dūmodo nō sit combustus:

Luxta istam partem notandum est q̄ alter est modus inuestigandi gradum  
ascendentis natuitatis & ille modus accipitur a sententia Ptolomei in .51. pro-  
positione centiloquii ubi dicit. Loc⁹ lune in natuitate est ipse gradus ascendēs  
de circulo in hora casus spermatis in matricem & locus lune hora casus spma-  
tis est gradus ascendens hora natuitatis. Est etiam intelligendum ad euidentiā  
dicendorum q̄ more infantum in uteris matrum nō sunt egales secūdum  
q̄ dicit Haly in cōmento propositionis iam allegate. More autem sunt di-  
stincte in .3. scilicet maiorem moram & in medium & in minorem. Minor au-  
tem mora continet .:58. dies Media mora continet .:73. dies Maior mora con-  
tinet .:88. dies. Et differentia inter maiorem & minorem sunt .30. dies. Istud ē  
Intelligendum de his qua nascuntur secundum cursum naturalem. De abhor-  
tiuis autem & de his qui nascuntur in septimo mēse hac regula nō tenet. Quā  
titas autem more infantis in utero accipitur a loco lune in figura hora natui-  
tatis. Si enim in hora natuitatis luna fuerit in principio septime dom⁹ super

terram scilicet supra horizontem occidentalem tunc infans fuit in utero matris per moram minorem scilicet per .258.dies. Et si luna fuerit in hora natuitatis in gradu ascendentis tunc infans stetit in utero per moram medium scilicet per .273.dies. Et si luna fuerit hora natuitatis in gradu qui est ante gradum occidentis tunc infans stetit in utero per moram maiorem scilicet .288.dies. Et nota quod cum luna in natuitate est in parte occidentali prope horizontem si astrenom credit eam esse super terram quando est sub terra uel econtra errabit in hora conceptionis per .30.dies. Si uero luna fuerit super terram elongata ab occidente id est inter oriens & occidens mora in utero est maior minori mora et minor media. Dico quod est maior minori mora secundum quantitatem elongationis lune ab occidente. Et si luna fuerit sub terra elongata ab ascendentis mora in utero est maior media & minor maiori & est maior media secundum quantitatem elongationis ab ascendentis. Cum secundum hanc viam uolueris gradum ascendentis natuitatis alicuius inuestigare constitue ascendens ad horam natuitatis secundum estimationem propinquiore quantitate poteris ueritati & equali lunam ad illam horam: & uide in quo loco ceciderit in figura: quod si ceciderit in principio septime domini subtrahe ab hora natuitatis .258.dies & remanebit hora conceptionis. Si uero ceciderit inter septimam dominum & ascendentem. scilicet super terram uide per uot gradus sit elongata a gradu occidentis & per quibuslibet .12.gradibus accipe unum diem et per quolibet gradu qui fuerit ultra .12.accipe duas horas quos dies & horas adde super moram minorem. scilicet super .258.dies. Et totus subtrahe ab hora natuitatis & remanebit tempus conceptionis. Si uero ceciderit in ascendentem subtrahe ab hora natuitatis .273.dies & remanebit tempus conceptonis. Si uero ceciderit inter ascendentem & septimam. scilicet sub terra considera quantum sit elongata a gradu ascendentis et pro quibuslibet .12.gradibus accipe unum diem & pro quo libet gradu residuo duas horas & numerum dierum & horarum prouenientem adde super moram medium & totum subtrahe ab hora natuitatis. Si uero luna ceciderit in fine sexte domini subtrahe ab hora natuitatis moram maiorem & remanet hora conceptionis: Hora igitur conceptionis nota equali lunam ad illam horam & gradus in quo inuenta fuerit fuit ascendentis in hora natuitatis. Licit haec via sit uera secundum intentionem fere omnium sapientum. Videtur tamen mihi & certum quod non sufficit ad inuestigandum gradum in casu ubi non habeo gradum ascendentem nisi per estimationem. Supponit enim quod sciam elongationem lune a gradu occidentis uel ab ascendentis: & si ignorem gradum ascendentem & per consequens gradum occidentis quomodo potero scire distantiam lune ab aliquo illoge nescio. Posito enim quod estimatio mea deficiat per .12.gradus distantia lune ab occidente uel ab ascendentis etiam deficiat per .12.gradus & pro illis deberet accipi una dies & sic deficiet hora conceptionis in una die & defectus ultimus scilicet in gradu ascendentis erit quantum luna mo-

uetur una die.

